Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35536
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

cum omni affectu cordis et corporis percipiamus. Qui vivis ac regnas deus per omnia:
Deinceps matutine solemnissime cantentur. Post antiphonam super Benedictus dominus deus israel: premissa salutatione dicatur Oratio.
Deus qui hodierna die per unigenitum tuum eternitatis nobis aditum devicta morte reserasti, vota nostra que prevemiendo aspiras etiam adiuvando prosequere. Per eundem:- Ad ix Oratio:
Presta quesumus omnipotens deus, ut qui gratiam dominice resurrectionis agnovimus ipsi per amorem spiritus a morte anime resurgamus. Per eundem: eiusdem:-
In vigilia Ascensionis domini nostri Jesu christi Ad vesperas Capitulum:
Unicuique nostrum data est gratia, secundum mensuram donationis christi, propter quod dicit, ascendens in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. Sequitur versus.